



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,  
opusculum:||**

**Clicthove, Josse**

**Coloniae, 1527**

**VD16 C 4208**

Ex 6. quoq[ue] evangelii B. Ioannis cap[ite] plurifariam consici: q[ue] uer[um] in sacramento eucharistiae sit Christi corpus, secundum substantiam. IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30220**

## DE SACRAMENTO

7 sumere eucharistiam. ¶ Deniq; nec illud quempiam moueat ad ea refutanda quæ impræsentiarum proponimus: q̄ complurculi autores sacri, & uitæ sanctimonîa & doctrinæ splendore clarissimi, sextum illud Ioannis caput, q̄tum ad ea q̄ de manducatione carnis filij hominis ibidem edisseruntur: censent esse intelligendum de manducatione spiritali eiusdem. Nā neq; nosipsi refragamur illi sententiæ: sed ingenue admittimus illa summæ ueritatis uerba, de illa spiritali sumptione etiam accipi posse. Id tamen unum hic adiçimus: eadē quoq; uerba Christi haud incōgruēter intelligi posse & exponi, de manducatione carnis eiusdē sacramentali. In quo asserto: nequaquā alteri sanctorū patrum sententiæ reclamamus aut cōtradiciamus. cū utraq; dictarū expositionum, & pia & catholica, meo iudicio, censi queat. Q̄ si quis contendat, prædicta Christi uerba tantummodo de sumptione spiritali esse intelligenda, & nullo pacto de sacramentali: id moleste non ferat nec grauate, si ratiōibus supra positis inducti discedamus ab ipsius sententiā, & in aduersam partem flectamur.

¶ Ex sexto quoq; euangelij B. Ioannis capite plurifariam confici: q̄ uerum in sacramento Eucharistiæ sit Christi corpus, secundum substantiam.

Ca. IX

**H**OC igitur iacto solide fundamento, q̄ uerba illa Domini, in sexto Ioannis capite cōtenta, recte etiam accipi queant de sumptione Eucharistiæ sacramentali: nostram superextruamus hoc molimine fabricam, & cœptum ita comprobemus ex eodem Ioannis capite, de ueritate dominici corpore

EVCHARISTIAE. I. 30

tis in eucharistia, propositum. Ipsi turbæ extenuanti miraculum de multiplicatiōe quinq; panum in deserto, paulo ante facta: in comparatione ad manna in solitudine patribus suis sub Mose exhibitum (quasi hoc, maius esset signum: q̄ exatura tio quinq; miliū uiroꝝ de quinq; panibus) respondit dominus: Amen, amen dico uobis, Non Moy ses dedit uobis panem de cœlo sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerę. Panis enim uerus est, q̄ de cœlo descendit: & dat uitam mundo. Quib. uer bis aperte distinguit Christus panē illum spiritua lem q̄ in sacramento Eucharistiæ datur, a manna Israelitico: tanq; panē uerę a figurali, & tanquam ueritatē a sua figura. q̄ panis iste uerus, a deo p̄re singulari quodam dono est datus toti mūdo: cum filium suū unigenitū misit in mundū, non uni po pulo particulari, sicut māna sub Moysē. Q̄ item de cœlo, imo de summo cœloꝝ habitaculo & de regalibus sedibus: panis iste uerus descendit p̄ in carnationis mysterium. māna uero, solum de cœ lo aërio in modum rois pluerit. Deniq; q̄ panis iste uerus uitam spiritus præstat mundo, uimque habet animarum uiuificatricem: quod māna He bræoꝝ præstare ne uiquam potuit. Quare per pa nem istum uerum, representatum per manna Iu dæorum: intelligitur in hoc euangelij loco rectissi me sacratissimum Christi corpus unitum diuini tati, & in dignissimo eucharistiæ sacramēto nobis relictum. Atqui panis ille materialis & cribrari us, quem ponit Oecolampadius tantum esse figu ram corporis Christi, & pro signo eius nobis di missum i eucharistia: quō uerus erit ille panis, de cœlo descendens & mundū uiuificans? imo quo- q̄ pacto figuralis nō erit, & ipso manna Iudaico

Exod. 16.

Ioan. 6.

DE SACRAMENTO

inferior non subsistet: ut supra iam est ostensum? Constat igitur, hæc Christi uerba mō adducta de ueri panis qualitate & efficacia: Oecolampadianæ eucharistiæ omnino repugnare, neq; quoquo mō conuenire posse: sicut ecclesiasticæ ipsa conueniunt eucharistiæ, & de ea uerissime prædicantur.

2 ¶ Rursum & alterā assignans differentiam in eodem loco dominus n̄r, inter manna datum patrib. in deserto, & panem illum uerq; quem daturus erat mundo: ut cognoscant omnes, q̄ta sublimitate et perfectione hic illud excedat, subiungit: Ego sum panis uitæ. Patres uestri manducauerunt manna in deserto: & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens: ut si qs ex ipso manducauerit, nō moriatur. Ecce seipsum appellat hic Christus panem uitæ, & panem uiuum qui de cælo descēdit. q̄ digne manducantem se, uita donet æterna, & a morte perpetua præseruet: quod, manna Iudæorū exhibere non potuit. Nā q̄ illud manducauerunt in deserto: mortui sunt: non tm̄ morte corporali, quæ etiam digne sumentibus sanctam eucharistiam est cōmunis: sed & morte spirituali & perpetua, quia mortui sunt in peccatis suis, a qua suos manducatores præseruat ipse panis uiuus, qui in sancto eucharistiæ mysterio nobis est diuina bonitate cōmunicatus: uerq; .i. Christi corpus, secundum substantiam ibidem subsistens. At uero Oecolampadius nunc proferat, quō panis ille materialis & ciuiarius, quem pro signo corporis sui Christum nobis reliq̄sse cōminiscitur: est panis uitæ & panis uiuus de cælo descendens, & uitam æternam manducantibus cōferens. q̄ certe nō meliore esset cōditione, imo deteriorē sortiretur locū, q̄ manna uetustum, & sub Moyse patribus indultū. ¶ Ad hæc,

Ioan. 6

EVCHARISTIAE. I. 31.

Paulo post in eodem loco: subnectit dñs n̄r. Et panis quem ego dabo: caro mea est pro mundi uita. Ecce pollicitationem summæ ueritatis (q̄ nec falli nec fallere nouit) clare & sine ulla uerborum ambage explicantem: quisnam est ille panis quem daturus erat. Et suæ promissioni tunc factæ, plene satisfecit, cū in ultima cœna accipiens panē, benedixit & fregit, deditq; discipulis suis, dicēs: Accipite & manducate ex hoc omnes. Hoc est corpus meum: quod pro uobis tradetur. Panis igitur ille quē tunc dedit suis discipulis: caro eius erat pro mundi uita. Quō igitur non uerentur nec erubescunt inimici ueritatis contradicere ybis adeo aptis & planis: & oblatrare, q̄ panis quem tunc dedit Christus apostolis, non fuerit eius caro pro mundi uita: sed solum figura & signum carnis eius, in pane materiali sacramento nobis relictum. Iam uelim quēlibet Christianæ fidei caractere insignitum conuenire, q̄tumlibet sit idiota & expers literarum: atq; adeo sciscitari. utri potius credendum censeat: an Christo, attestanti q̄ panis quem daturus erat & postea dedit, caro eius sit pro mundi uita. an Oecolampadio, reclamanti his Ch̄i uerbis, & proponenti: q̄ panis quē daturus se promisit dominus, & postea dedit in uitæ suæ termino, non sit eius caro & corpus: sed tantummodo figura corporis eius, & nuda representatio. Neminē profecto arbitror futurus: qui nō Christo potius q̄ Oecolampadio, sup hac materia fidem habendā putet. ¶ Adde q̄ prædictis uerbis subiicit dominus n̄r & hanc interminationem. Nisi manducaueritis carnem filij hoīs, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam carnē & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam: Hmōi autē

Io. 6

Matt. 26.

Io. 6

## DE SACRAMENTO

manducatio, & sumptio salutiferi potus, fit in sanctissimo eucharistiae sacramento: in quo uerè Christi corpus & sanguis eius uerus, secundum substantiam sumitur. Refragatur autem his uerbis Oecolampadius, & astruit nos in eucharistia carnem filij hominis re ipsa non manducare, & sanguinem eius non bibere: sed duntaxat panem materiale atque frumentarium, & uinum etiam naturale illic sumere, in signum ac representationem corporis & sanguinis domini: & tamen existimat idcirco nos non carituros uita aeterna. Nonne igitur omnino ipse interimit & destruit illam domini comminationem? Imo & uitae aeternae hac manducationis uia nobis comparanda, praeccludit iter: cum asseuerat nos carnem & sanguinem Christi reuera sumere non posse. Quae si diffiniat manducare carnem filij hominis, & bibere eius sanguinem, aliud nihil esse: quam manducare panem triticeum, & bibere uinum materiale sacratum, ut signum & figuram corporis & sanguinis domini: quod ita manducantes habent uitam aeternam, potius quam illi qui manducauerunt manna in deserto quod etiam fuit symbolum & figura corporis domini: Et tamen inter manducantes hunc panem salutarem de quo fit hic sermo, & ipsum manna: magnum hic ponitur interstitium, & habitudinis discrimen. ¶ Demum subnectit supra dictis & ipse dominus noster, in eodem B. Ioannis capite: haec aeternae uitae uerba, uirtutis eximiae panis caelestis declaratoria. Caro mea uere est cibus: & sanguis meus uere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in eo. Et qui manducat me: ipse uiuet propter me. Vbi particula illa, uere, bis expressa: magnam habere emphasisum putari debet, & non ociose adiecta, ad designan-

Ioan. 6

5

EVCHARISTIAE. I. 32.

dum. s. sacratissimam domini carnē in sancto eu-  
 charistiae sacramento nequaquam contineri ut i signo  
 tm & figura quadā: sed veraciter, & ut ita loquar,  
 realiter. & in eodem mysterio: sub specie panis, i-  
 psam vere & secundum substantiam sumi. Eadē  
 quoque ratione, sanguis eius vere est potus: quoniam  
 sub vini specie non figuraliter & significatiue tm  
 continetur, sed essentialiter & substantialiter. ut ea  
 sola particula, vere: totā profecto elidat Oecolam  
 patris assertionem. Est & caro domini nostri vere  
 cibus, & sanguis eius vere potus: quoniam verissimam  
 habent ipsa & excellentissimam cibi ac potus cō-  
 ditionem, & in altissimo huiusce denominationis  
 nobilissimoque gradu constituuntur, quae eam ipsam  
 quam educant naturam, scilicet, animam rationa-  
 lem, non modo enutriunt & uiuificant: sed & si-  
 bi ( quantum fieri id potest ) propemodum eam  
 assimilant, immortalemque ipsam reddunt atque  
 diuina gratia incorruptibilem: quinimo & uitae æ-  
 ternae illi conferunt, sui communicatione, confor-  
 tium. Quomodo autem haec omnia compleantur  
 quae proposita sunt, & quam rationem quae Christi  
 sum vere manducare dicatur, si ueraciter non sit  
 ipse & substantialiter in eucharistia: difficile sane  
 erit ipsi Oecolampadio confingere. Et longe diffi-  
 cilius illi fuerit rectam praedictorum domini uer-  
 borum assignare intelligentiam: si in illis uoluerit  
 uerbum est pro significat sumi, aut carnem pro fi-  
 gura carnis & sanguinē pro figura sanguinis ac-  
 cipi. quemadmodum contendit in illis domini uer-  
 bis. Hoc est corpus meum, eadem uerba intellige-  
 re debere. Consimilis. n. in utrisque locis: militat ra-  
 tio. Et quod in uno, nisi inepte & ridicule, fieri nō  
 potest: pariter, nec in altero. Denique possent haec oia

## DE SACRAMENTO

euangelij uerba, p totū hoc caput adducta: diuersis sanctorū patrum hanc euangelicam lectionē exponentiū sententijs cōprobari. sed ad fugiendā prolixitatem nimiam: cōsulto hic prātermittūtur.

¶ Q, ex uerbis beati Pauli in suis epistolis: etiam colligitur uerum Christi corpus esse in sacra eucharistia. Cap. X

**P**ost euangelica autē uerba, nunc oportu-  
nū est nos ad sacras deiferi Pauli episto-  
las transferre sermonē: ad cōfirmandā  
amplius nostri instituti ueritatem. mō  
id unum in calce Euangelij scđm Mat-  
thæum, positum protulerimus uerbum: præsenti  
negocio nō incōgruum: quo dominus noster a su-  
is discipulis per gloriosam ascensionem discessu-  
rus, dixit illis: Ecce ego uobiscum sum omnibus  
diebus: usq; ad cōsummationem sæculi. Quod sa-  
ne uerbum, nōnulli interpretes sacri (ut Nicolau  
Matth. 28 Lyranus, & pleriq; alijs, quemadmodū secundus  
Nic. Lyr. huins operis ostendet liber) asserunt accipiendum  
esse nō modo de occulta ipsius præsentiā per diui-  
nitatis uirtutem & directionis in fide & moribus  
efficaciam: sed & p ueram ī sancto eucharistiæ sa-  
cramento sui corporis præsentiā, quā ad finem  
usq; sæculi est exhibiturus suæ ecclesiæ. Atq; hoc  
secundo mō nobiscum non fuisset nec esset Chri-  
stus: si in eo mysterio tmmodo foret ut in signo, iu-  
xta Oecolampadij placitū, & secundum assum-  
ptum pro nobis corpus solum in cœlo consisteret  
ad dexteram patris. Q, si admittatur ipse Chrūs  
secundum spūm & gratuitam directionem nobis  
semper adesse primo mō nunc assignato, ut etiam